



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum Trinitas de vno Deo prædicetur sicut vnus Deus de tribus personis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Aug. serm.
de tempore
129. qui est
3. feria qui-
bus in cœ-
na domini
de fide.*

ant ipse sit, aut ab ipso: cumq; esse Trinitatem, Pa-
trem scilicet & filium & Spiritum sanctum.

Item Aug. in sermone de fide, Credimus vnum
Deum vnam esse diuini nominis Trinitatem. I-
dem in 6. de Trinit. Dicimus Deus solum esse ip-
sam Trinitatem. Ecce & his & aliis pluribus au-
ctoritatibus euidenter ostenditur, dicendum esse
& credendum, quod vnus Deus est Trinitas, & v-
na substantia tres personæ: sicut econuerso Trini-
tas dicitur esse vnus Deus, & tres personę dicun-
tur esse vna substantia.

*Redit ad præmissam questionem, scilicet an Deus pater se
Deum, an alium Deum genuerit.* D

*Epist. 66.
Maximo
medic. to. 2.*

NUNC ad præmissam quæstionem reuertamur: vbi quærebatur an Deus pater genuerit se
Deum, an alium Deum. Ad quod dicimus, neu-
trum fore concedendum. Dicit tamen August. in e-
pistola ad Maximum, quod Deus pater se alterum
genuit, his verbis, Pater vt haberet filium de seip-
so, nõ minuit seipsum: sed ita genuit de se alterum
se, vt tot⁹ maneret in se, esset in filio tãtus quãtus
& solus. Quod ita intelligi potest, i. de se alterum
à se genuit: nõ vtique alterum Deum, sed alteram
personam: vel genuit se alterum, id est, genuit al-
terum, qui hoc est quod ipse. Nã & si alius sit pater
q̄ filius, nõ est tamẽ aliud quã filius, sed vnum.

HIC QUÆRITVR, AN PATER GENUIT
Diuinam Essentiam, vel ipsa filium: an es-
sentia genuit essentiam, vel ipsa
nec genuit, nec ge-
nita est.

DISTINCT. V.

*De compa-
ratione ge-
nerationis
ad terminũ
essentialem.*

POST hæc quæritur, vtrum concedendum sit.
Quod pater genuit diuinam essentia, vel quod
diuina essentia genuit filium, vel essentia ge-
nuit essentia: an omnino nõ genuit, nec genita est
diui-